Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

me mala pro bonis et odium pro dilectione mea
Constitue super eum peccatorem et dyabolus stet
a dextris eius Cum iudicatur exeat condempna
tus: et oratio eius fiat in peccatum Fiant dies
eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter
Fiant filii eius orphani: et uxor eius vidua
Nutantes transferentur filii eius et mendicent
eiciantur de habitacionibus suis Scrutetur fenerator
omnem substanciam eius: et diripiant alieni labo
res eius Non sit illi adiutor nec sit qui mise
reatur pupillis eius Fiant nati eius in interi
tum in generatione una deleatur nomen eius In
memoriam redeat iniquitas patrum eius in con
spectu domini et peccatum matris eius non deleatur
Fiant contra dominum semper et dispereat de terra
memoria eorum pro eo quod non est recordatus facere
misericordiam Et persecutus est hominem inopem et
mendicum et compunctum corde mortificare Et
dilexit maledictionem et veniet ei: noluit bene
dictionem et elongabitur ab eo Et induit male
dictionem sicut vestimentum: et intravit sicut
aqua in interiora eius et sicut oleum in ossibus
eius Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: et
sicut zona qua semper precingitur Hoc opus
eorum qui detrahunt michi apud dominum: et qui
loquuntur mala adversus animam meam Et tu domine
domine fac mecum propter nomen tuum: quia suavis est
misericordia tua Libera me quia egenus et pauper
sum ego: et cor meum conturbatum est intra me
Sicut umbra cum declinat ablatus sum:
et excussus sum sicut locuste Genua mea in
firmata sunt a ieiunio et caro mea immutata
est propter oleum Et ego factus sum obprobrium
illis: viderunt me et moverunt capita sua Ad
iuva me domine deus meus: salvum me fac secundum
misericordiam tuam Et sciant quia manus tua hec:
et tu domine fecisti eam Maledicent illi et tu
benedices qui insurgunt in me confundantur:
servus autem tuus letabitur Induantur qui
detrahunt michi pudore: et operiantur sicut di
ployde confusione sua Confitebor nimis in
ore meo in medio multorum laudabo eum Quia